



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 73. Galliarum Rex cum Helvetiorum præsidio Meldis profectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

§. LXXIII.

*Galliarum Rex cum Helvetiorum præsidio Meldis profectus.**Thuan. l. 42.
Mezeray
abrege
chron. t. 5.
pag. 152.*

Cum interim in Francia Protestantes ob Bajonnense colloquium, cujus supra meminimus, exacerbati haud ignorarent, quod ad plectendam eorum temeritatem, illosque eliminandos consilia agitentur, hinc subidem tempus arma capeffentes omni ex parte copias contrahebant, tam rapido furoris sui progressu, ut Regem Parisios revertentem, ac Meldas venientem Princeps Condæus, qui eum cum pluribus equitum signis insequebatur, jamjam cingeret: cum ergo Montmorentius Connestabilis Regem obsideri, atque in loco tam importuno facile ad iniqua pacta compelli vereretur, hinc noctis beneficio inde secedere, ac Parisios confugere, optimum fore censuit: ergo integra nox, quæ vigesimam septimam a vigesima octava die segregabat, adornando itineri infumitur; atque Helvetii in armis esse jubentur, qui cum incredibile lætitia, ac jubilo hunc honorem ipsis delatum acceptabant, atque Beliducis sui Fifferi, qui Regem suorum fidei, ac suæ Nationis fortitudini penitus committi, a Senatu petebat, oratione animati, palam profitebantur, se
una

una omnes nullo excepto aut mortem
 appetituros, aut tuto Regios Principes
 Parisios usque conducturos: ergo Rex
 mane circa quartam diei horam Mel-
 dis egreditur, comitantibus eum Aulæ
 suæ Proceribus, Regio Senatu, ac No-
 bilibus Matronis, quos omnes Helvetii
 agmine in quatuor acies explicato ita
 potenter undique cingebant, ut totam
 Aulam veluti valido propugnaculo in-
 clusam, defensamque tenerent.

§, LXXIV.

*Rex cum Regina Parisios feliciter
 veniens.*

Albescente jam die Condæus Prin-
 ceptus, quem Andelotus sequebatur,
 cum suis copiis accurrere audebat: quin-
 imo dum Rex quartam circiter itine-
 ris leucam confecerat, sexcenti equi-
 tes illum adoriebantur, qui tamen at-
 toniti hærebant, cum Helvetios can-
 tare audirent, & pro more suo, cum
 ad certamen sese accingunt, terram
 osculantes, inclinatoque capite ha-
 stas suas decussatim tenentes, aditum-
 que sibi per vim aperire paratos cerne-
 rent, hinc Princeps eos obruendi spe
 frustrabatur, postquam vero Andelotus,
 & Rupifulcaldius unacum quingentis
 circiter peditibus a via declinaverant,
 rursus quo globi ictus pertingere posset,

Thuan. l. c.